

- 11 Appellatione pēdente potest fieri taxatio expensarum ante inhibitionem.
- 12 Index dicens, victum victori, nō prolatio aliquo verbo an censeatur condemnare.
- 13 Index omittens condemnationem expensarum poterit eodem die supplere.
- 14 Expensarum appellatione venit etiam expensa pro habenda sententia in forma probante.
- 15 Hæres calumniatoris tenetur ad damna, & interesse.
- 16 Advocatus fisci indebite quem vexans, debet viuis comburi.
- 17 Quod tamen non seruat.
- 18 Calumniator potest inquiri ex officio.
- 19 Calumniator vltra damnum tenetur etiam ad penam. Et ad quas penas, remiss.
- 20 Calumniari quis presumatur.
- 21 Calumniatorem non puniens ad quid teneatur in Regno Neapol.
- 22 Condemnatio expensarum an fiat in Regno Neapol. in criminalibus.

- 23 Et an de iure communi.
- 24 Et an ecclesiastico.
- 25 Damnum datum ex leuissima culpa an resarciri debeat.
- 26 Condemnatus ad aliquam penam, & eam non soluens an teneatur in conscientia.
- 27 Calumniari quando quis dicatur in Regno Neap.
- 28 Calumnia presumptra quomodo excusetur.
- 29 Index calumiosè inquitens, an, & quando puniatur.
- 30 Accusator in crimine læsæ Maiestatis, & falsæ monete non puniatur de calumnia.
- 31 Calumniator an puniatur aliter, quam in expensis.
- 32 Accusator falsus an puniatur de falso.
- 33 Et quid in solio falsas accusationes proponere.
- 34 Calumniator an puniatur, licet de calumnia non sit convictus.
- 35 Accusator habens aliqua indicia excusatur a calumnia. Etiam si extaret statutum, vt excusatur deficiens in probando calumniari presumat, num. eod.
- 36 Et quid quoad expensas.
- 37 Denunciator in act. s non nominatus, an possit ad expensas condemnari.

ADDITIONES Ad Quæst. LXII.

Recta trinita perpendere.) Adde, quæ dixi infra ad q. 94. in principio, & hinc nota modum studendi processibus; vt primo de confesso, & conuicto queras, & sic de plena probatione: Dein de de femiplena: postmodum vide, quid deficiente probatione requiras: Sed & modum in procedendo super indicij, vide supra q. 20. in principio, sic de gradibus torturæ, & quomodo procedendum in ea sit infra quæst. 64. versiculo Nunc de gradibus: Non tamen in iudicando hæreas simpliciter repertorijs, & qui studeas modernè, ne haurias aquam à Riualis, fontibus posthabitis, Crauer. de antiquitate temp. par. 4. vers. 1. num. 140. in fin. Drogh.

Tanquam deficiente probatione.] Adde, quod tantum femiplena probatio sufficit ad torturam, non autem ad condemnationem, infra q. 63. vers. tu scis, & vers. fin. quæst. 64. vers. sed quæro in fin. & aduerte hic, quod licet vnicus testis, faciat indicium, vt est supra quæst. 21. vers. vnus testis tamen oportet, quod sit omni exceptione maior. Ad inquirendum tamen sufficit si nō opponatur, supra quæstione 24. vers. fin. in fin. Drogh.

Est enim vera iuris conclusio.] Adde, vt videndum ad hanc regulam Francisc. Purpurat in l. qui accusare, C. de edendo, & Marfil. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst. & Mascar. de probation. conclus. 36. volum. 1. vbi habentur multæ ampliationes, & limitationes, & an procedat ista regula, quando actor nihil probauerit, vel se absentauerit, & an iudex debeat absolueret reum diffiniuè, vel obseruatione indicij, vide

QVÆST. LXII.



Vbi nihil vltius superest ad agendum, tam ex parte Accusatoris, quam ex parte Accusati, tunc debet iudex diligenter cōsiderare processum, & recta trinita perpendere, quid ex ipso processu resultet, & quæ, & qualia contra reum extent indicia, seu probationes, quæ per eius defensiones elisæ non fuerint. Si tamen reus ex eis est plene cōuictus, vel confessus, debet cōdemnari. Si femiplena tantum resultat contra eum probatio, est tortura subiciendus. Si verò nec femiplene est conuictus, tunc tanquam deficiente probatione, est absoluentus de quibus omnibus sigillatim videamus.

Et in primis quidem dixi, quod vbi contra reum non sit delictu, saltem femiplene probatum, debet Reus absolui.

Doctores, & præsertim Iasonem in l. properandum, §. & si quidem. C. de iudic. vbi concludit, quod si fuerit datus terminus ad probandum, & probatum non fuerit, quod tunc actor diffiniuè absoluitur, dictum limitatur secundum Marfil. in Singul. 169. non procedere, quando fuit datus terminus ad defendendum absente reo,

Est enim vera iuris conclusio, quod etiam in causis criminalibus actores, siue accusatores non probante reus absoluitur, & est commun. opi. vt attestatur Ias. in l. non est nouum, nu. 5. C. de edendo, quæ refert Villalob. in sua collecta cōmuniū opi. in littera A, verb. actore non probante.

Forma autem absolutio- nis, quæ in hoc Ducatu seruatur, est, quod si quidem reus probat innocentiam suam aliter quam per torturam absoluitur diffiniuè, neque potest deinde contra eum ex ea causa procedi, etiamsi noua indicia superuenirent, vt dixi supra quæst. 57. vers. sed bis quæro. Si vero non probat ipse suam innocentiam nisi per torturam, vel si non ad sunt indicia sufficientia ad torquendum, vel ad imponendam aliquam penam extraordinariam, tunc absoluitur quidem, non tamen diffiniuè. e. sed Statibus rebus, prout stant. Et hoc casu, si deinde superueniant noua indicia, de nouo contra eum

Item adde, vt etiam hic dicit Clarus, quod debet absolui, ubi non potest damnari, uel torqueri. Marfilii consilio quadragesimo quarto, numero duodecimo, & consil. 50. num. decimotertio. Barard.

Aliquam penam extraordinariam.) Adde infra q. 83. in princ. Drogh.

Sed stantibus rebus.) Hoc idem apud Bossium titulo de pluribus violentijs, num. 114. uerum de ista absoluteione male dicit

Item adde, vt etiam hic dicit Clarus, quod debet absolui, ubi non potest damnari, uel torqueri. Marfilii consilio quadragesimo quarto, numero duodecimo, & consil. 50. num. decimotertio. Barard.

dicat Alex in l. si calumniator, num. 4. uers. & ideo bis errant, ff. de uerb. sign. supra q. 57. uers. & hæc ad med. Adde supra q. 21. uers. Vltius quæro; scirem autem libenter, quæ sit ratio, ut post publicatas attestations nouæ non admittantur probationes, ut est supra q. 61. uers. sed hæc quidem, ut dixi ibi, bene uerum est. Post sententiam autem, nouæ admittuntur probationes, & indicia, ut hic; & mihi quidem uidetur hic concedi una uia, quod per aliam non admittitur, contra regulam legis, cum quid. de regul. iur. in 6. cogita, & pondera nouas probationes, & indicia, quomodo hic intelligantur, de quibus nouis indicijs, & probationibus dixi supra ad quæst. 46. uers. in hac autem; & an simus in casu, ut aliquid fieri possit una uia, quod per aliam prohibetur sit, de quo per Crauer. tract. de antiquit. tempor. part. 4. uers. circa præmissa, nu. 19. cum seq. Drogh.

Sed stantibus.) Rota Lucensis in nouiss. decis. 20. Ros.

Reperio tamen quod Carauita.) Adde, quod hæc forma decreti, quæ seruatur in Regno Neapol. fuit prouisa, pariter esse decretum fore, & esse relaxandum, & liberandum prout presenti decreto relaxatur, & liberatur sub fideiussoria cautione nuncia. auri centum de se representando nouis superuenientibus indicijs, & ita fuit dictu, &c.

Idem obseruatur in Regno Francia, quod non absoluntur rei, sed liberantur sub cautione de se representando, ut attestatur Rebuff. & ita hodie seruatur in dictis casibus, in quibus nemo liberatur sine cautione, ut attestatur Franch. in decis. 276. in fine uol. 2.

Item adde, quod relaxatio simpliciter facta causa cognita absque sententia habetur pro absolutoria. Boss. in tit. de sent. num. 60. Barard.

Se representando toties quoties.) Dixi supra ad quæstionem 46. in princ. & uersiculo quæro quæ debent, & ad quæst. 34. uers. dixi etiam, & hæc clausula stante, non tamen temel rei citati, & non comparentes multari possunt, sed in infinitum, & usque ad comparitionem, Gabr. tractat. commun. conclus. titulo de malefic conclusionem 15. Hippol. Marfil. rubr. de fideiuss. num. 100. Drogh.

Cui sunt relationes.) Adde supra quæstione quadragesima, uers. sed nunquid in fine, quæst. 38. uers. & nota. ad medium. Drogh.

Sed nunquid.) Fatin. tit. de accus. quæst. 16. uolum. primo, num. 8. Ros.

Sed nunquid in istis causis criminalibus.) Adde, vt uidendum Iul. Clar. Sent. Pract. Crim.

Farin. q. 26. ubi latissime quando, & quibus potestis calumniator puniatur, uide etiam Addentes ad Bertaz. in cons. 212. uolum. 1. Barard.

K Communis usus iudiciorum.) Adde, quod si stante statuto, quod uictus in malefic ijs semper deberet condemnari in expensis, si iudex eum absoluerit ab expensis, posset nihilominus sententiam suam reuocare, & illum in expensis condemnare. Felin. in c. inter monasterium in fin. de re iud.

Item adde, si per accusatorem data fuerit fideiussio de soluendo expensas in casu succumbentis, & demum non succubuit super causa principali, sed super desertione, tunc fideiussor non tenetur. Bald. quæ refert Marian. in pract. par. 6. mēb. 8. uolum. 17. in consil. 106. proponitur uolumine 2. & Carauit. in ritu 194. in fine.

Item adde, quod si reus cōdemnaretur in uicium bonorum publicatio- ne; non deberet condemnari in expensis, quia tunc non esset addenda afflictio, secundum Bald. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. quem refert, & sequitur Socin. in cap. calumnia, num. 89. de pen. vbi subdit, quod forsan eo casu acculator poterit recuperare expensas a fisco, quod tamē fieri non uidi in practica, & ibi Soc. dicit etiā cogitabis.

Idem adde, si a sententia, in qua quis in expensis condemnatus fuit, appelletur: iudex poterit appellacione pendente taxare expensas, nisi iudex, ad quem inuenerit iudici a quo, vt in causa non se intromitteret, vt plene per Carauit. in ritu 298. num. 24.

Item adde, si iudex in sententia dicat, uictum uictori in expensis, nec sequatur uerbum condemn-

namus, numquid quoad expensas talis sententia ualebit, ita quod si supplicetur uerbum condemnatus, uide Carauit in ritu 297. numero decimooctauo, vbi hanc quæstionem plene examinauit.

Item adde, si iudex omiserit condemnare uictum in expensis, uictor per rotam diem, qua lata est sententia, poterit petere, quod iudex suppleat tenebitur, quia per totam illam diem durat eius officium quantum ad expensas, Paulus, l. 1. ff. de re iudic. & Ripa in l. dies, §. hoc autem iudicium, nu. 84. ff. de damn. infect.

Item adde, quod sententia, quæ condemnat uictum uictori in expensis, comprehenditur, & extenditur etiam ad expensas, quæ sunt pro ipsa sententia habenda in forma probate; Afflictus in constitution. pro scripturis in fine, folio 350. Barard.